

Eximio atque Politissimo
DN. MARTINO REHEFELDIO,
Philosoph. Cultori industrio,
Cum publicam Cathedram adscenderet

Virtus quid conversatrix fiet, optime Amice,
His chartis monstras. Præmia Apollo dabit.
Benevolentia attest. causâ f.

M. Johannes Christophorus Hundeshagen/
Facult. Philos. Adjunctus.

Non amat in latebris mens ingeniosa manere,
Publica sed studii dat documenta sui:
Quod quoque dum stimulat Te, PRAESTANTISSIME RHEFELD,
Virtutum in Cathedra dogmata pulchra promis,
Dogmata, queis Tua quanta fiet solertia, prodis:
Hinc Tibi laus surget, surget honorque Tibi.
Adjungo votum: Numen Tua cœpta secundet,
Patria promoveat Te studia atque Tua.

Francisc. Julius Peters Soltquellenensis Med. Cultor.

Dim Sophies Cathedram conscendis Fautor amande,
En Tibi primitias gratulor ex animo.
Magnus consilio porro *Tua* cœpta secundet,
Porrigat ex altis, quæ petis ipse Tibi.

Georgius Schüler/ Römhild. Franc.

Pergratos Doctis Te sustinuisse labores
Monstras, dum Cathedram Sophies cum laude salutas;
Hinc Tibi docta Themis gratatur, grator & ipse
Et precor, ut Numen faveat, quæ suscipis, ausis.

E. T. Volsvets. Clausth.

Ingenii clari est hæc semper propria virtus,
Non ut vitam agrâ conditione trahat.
Ingenii potius cunctos intendere nervos
Instat, quo toto clarus in orbe fiat.

Hoc